

mus & Fauna dicti à varicinando : id est, fan- do. Unde & fatuos dicimus, inconsiderate lo- quentes. Astipulatur Isidor. d. lib. 10. lit. F. subdend : Fatuus estimatur, qui neque quod fatuus ipse intelligit, neque quod alij dicunt. Fatui originem ducunt à miratoribus Fatua, Fau- ni uxoris, fatidica : eosque primum Fatuos appe- llatos, quod prater modum obstupescit sunt varicinijs illius usque ad amentiam. Lactant. lib. 1. cap. 7. inquit : Faunus Saturno avo nefaria sacra conficitur : Picum patrem inter Deos honoravit, & sororem suam Faunam, eandemque conjugem sacravit. Fatua, quia fa- ra canere mulieribus, consuevisset sicut vi- ris Faunus, qui voce, non signis futura osten- deret. Imaginem exhibebimus in Lupercali- bus, Fauno facris, die 15. à n. 13. 2. Octobr. & 5. Decembr.

17 Aliam Fauni originem, pag. 105. refert Chronicon Alexandrinum. Extinctio Pico seu Jove (inquit) regnum Italia filius ejus Faunus (è Janigenum profapia, qui & Mercurius dicebatur) amis 35. administravit, vir sapiens, callidusque & Mathematicus, qui primus auri metallum in Occidente reperit, eju- que conslandi rationem : ut cum intellexisset, se magna apud fratres suos è Jove patre, de va- rijs pellicibus quas habuit Picus Jupiter, prognato- tos, invidia stragrarè ; quia eum occidendi con- siliu m coeperant, convasato ingenti auri ponde- re, Italia excessit, atque in Ægyptum se con- tulit ad stirpem à Chamo, Noemi filio, pa- truo suo oriundam : à qua perhonorificè exceptus est : qui dum ibi ageret, per se contempsit om- nes, aureumque amiculum induit, philosopha- batur apud Ægyptios ; quibus multa prædica- bat eventura, natura enim erat peringeniosus.

Faunus di- Elus Mercu- rius & au- reus Deus.

Aegyptij ergo eum adorantes, Mercurium Deum proclamaverunt ; ut qui futura prænunderet, illis- que à Deo Oracula & responsa de futuris, ve- luti internuncius referret, aurumque submini- straret : quem quidem opum largitorem appella- bant, aureumque Deum. Hinc cogitat Kir- cher. tam in Obelisc. Pamphil. lib. cap. 4. quàm Tom. 1. Oedip. Copr. Syntagm. 1. cap. 10. Faunum fuisse quem Ægyptij Mercurium Trismegistum venerati sunt: equidem Diodor. Sicul. 1. Bibliothec. n. 10. dicit, quod postquam transivit in Ægyptum, Hermes fuit vocatus. Hic enim primus com- munem loquelam articulatam distinxit: mul- tis rebus nomine desinitum nomen indidit, litteras invenit, Deorum cultus & sacrificia ordinavit, distributam Astrorum seriem, vo- cumque harmonias & naturas princeps ob- servavit: palæstræ inventor, Græce ellocu- tionis magister fuit, Osiridis notarius sa-

Fuit Mer- curius Tris- megistus.

Invenia.

crorum. Hic igitur rebus Ægypti constitu- tis, & totius regni administratione Isidi uxori in manus traditã, consiliarium ei Mer- curium adjunxit ; quod prudentia ceteros an- testaret omnes. Eadem astruit Plutarch. de Iside & Osirid.

18 Dies hic Roue etiam notatur in- fantus, propter cædem Fabiorum, ann. V. C. 277. juxta Briet. Ita K. Roman. Gy- rald. de Ann. & mensib. Reuffer. & Rosin. 4. cap. 5. latè Ovid. 2. Fastor. à v. 195. Gens Fabia nonnunquam Romæ illustis, ab Hercule originem trahens. Fabius Tyrin- thia proles : canit Sil. Ital. de Bell. Punic. v. 3. Familiæ tanta aliquando felicitas fuit: ut ex ea tres continuè Principes Senatus fue- rint M. Fabius Ambustus, Fabius Rutilianus, & Q. Fabius Gurges, nepos. Plin. 7. cap. 42. & Florus lib. 1. à cap. 12. Vejens hostis assi- dauus (ait Liv. 2. à sect. 251.) contumelijs sa- pius quàm periculo animos agitabat, quod nul- lo tempore negligi poterat. Tunc Fabia gens Se- natum adit ; Consul pro gente loquitur : Assi- duo magis quàm magno prasidio, ut scitis PP. C. bellum Vejense egit. Vos alia bella cu- rate : Fabios hostes Vejentibus date : Auctores su- mus turam ibi majestatem Romani nominis fore: nostrum id nobis velut familiare bellum privato sumptu gerere in animo est : Respublica & mi- lite illic & pecuniã vacet. Gratia ingentes acta. Consul è Curia egressus, comitante Fabiorum agmi- ne, qui in vestibulo Curia senatusconsultum ex- pectantes steterant, domum redijt. Jussu armati postero die ad limen Consulis adesse, domos in- de discedunt. Manat totã urbe rumor : Fabios ad cælum laudibus ferunt. Fausta præcantur, sed in cassum missa preces : infelici viã à dextro Jano portæ Carmentalis profecti, ad Cremeram flumen perveniunt : ubi superior hostis factus, Fabij casti ad unum omnes. CCCVI. perijisse sa- tis convenit : unum propè puberem atate reli- ctum, stirpem gentis Fabia, dubijsque rebus po- puli Romani sape domi bellique maximum futu- rum auxilium. Eadem fulsissimè apud Hali- carnass. lib. 9. à n. 17. & Sil. Italic. d. à v. 4. succinit:

Fabia fa- milia Ro- me decus.

Cedes Fa- biorum.

Ter centum memorabat avos, quos turbine Martis Abstulit una dies, cum fors non aqua labori

Sil. Ital.

Abstulit una dies, cum fors non aqua labori Patrio Cremera maculavit sanguine ripas.

19 L. Florus: Assidui & anniversarij hostes (refert ubi dudum) ab Erruria Vejentes, adeo ut extraordinariam manum adversus eos promiserit, privatamque gesserit bellum gens una Fabiorum. Satis superque idonea clades. Casti apud Creme- ram trecenti, patrius exercitus, & scelurato signato nomine, qua proficiscentes ad bellum porta di-

dimisit : sed ea clades ingentibus expiata victorij. De eis civitateque capta insignis triumphus infra, n. seq. Sufficeret superites ex clade Q. Fab. Maxim. dictus Ovicula in gloriam, expulsionone Annibalis extra Italiam. Ovid. d. à v. 235.

Q. Fabius Maximus.

Una dies Fabios ad bellum miserat omnes:

Ad bellum missos abstulit una dies.

Ut tamen Herculeæ superessent semina gentis

Credibile est ipsos conspuisse Deos.

Ovid. Nam puer impubes, & adhuc non utilis armis

Unus è Fabia gente relictus erat:

Sicilicet ut posses olim tu Maxime nasci,

Cui res cunctando restituenda foret.

Ludicra sententia Aristidis Milesij in Reb. Italic. igitur confundit tempora, quo no- tandus falsus in historia. Apud Plutarch. in Parall. n. 4. ait: Romani bello cum Pœnis intro, miserunt Duce Fabio Maximo, trecentos milites, qui in conflictu omnes has copias amisit. Ipse le- thali vulnerè affectus, cum ardore Annibalem ador- tus est, ablatoque ei diademate, unã cum eo oc- cubuit. Nugæ. Hoc die cladem Fabiorum, AA. cum Ovidio assignant. Plutarch. verò in Camillo jungit, cælis Romanis, victoriae Gallorum ad Aliam flumen. Pugnatum est (ait) post solstitium æstivum & plenilunium; qua die ante etiam Fabiorum clades accidit, qui tre- centi ejusdem generis ab Efruscis occisi fuerunt. Videndum, 16. Jul.

Cedes An- nibalis & Fabij Ma- ximi.

20 A Fabiorum clade anno 81. capti Veij, urbs Athenis non minor, ut ait Stadius in L. Flor. 1. cap. 12. Erat à Romã vige- simo lapide, seu ferè quinque leucis, & decennio duravit Romanorum oblidio, sed non continua, quoniam copia recedebant in hiberna. Hoc decimo anno à Coss. Sena- tuque decretum sub pellibus hiemem fieri, datis similiter stipendis, queis adactus mi- les sua sponte jurans, quod minimè recessi- rus, nisi captã urbe. Florus, d. & Petav. 1. p. Rationar. cap. 12. lib. 3. Romani Magistra- tibus sublati, ad decimum belli annum Di- ctatorem fecerunt Furiium Camillum : qui vocit bello feliciter confecto, Ludos Mag- nos se facturum, erecturumque templum Matri Matutæ, de qua, 11. Jun. Vejos ergo aggressus, ac videns urbem oppugnatione difficilè capi posse; cuniculos agere instituit, ita ut conspectum propugnantium falleret, voto respondente succellit. Urbem foris adortus, obseffos in muros elicit : interim qui in cuniculis latebant, in arcem evale- runt juxta Junonis templum, cujus timula- rum ibi magna religione colebatur. Tunc apertis portis, repentè fortissimos effun- dens, urbem occupavit : à Romanis usque

Veij diruit & circes extermina- ti.

Tom. 1. Ephemer.

ad fatietatem sævitum, sed post inermibus parcitum, qui tandem omnes sub corona venierunt. Plutarch. in Camill. & Liv. 5. à sect. 62. Iidem ibid. referunt, à Rege Vejo- rum tunc sacrum fieri, aruspicumque inspec- tis extis, dixisse : Penes eum futuram victoriam, qui extra profecisset, perficiendo sacrificium. Quo audito erumpentes subito qui in cuni- culis erant, obstupescit Vejentibus, exta ra- puerunt & ad Camillum detulerunt. Addit Florus d. Cornel. Cossium spolia tulisse de Larte Tolumnio, Vejentum Rege, que opi- ma dicebantur, atque sacrasse Jovi Feretrio. Vide Prolog. Galeat. §. 6. n. 10.

Corn. Cossi spolia opi- ma.

21 Antequam Camillus in urbem ir- rueret, Apollini Delphico vovit partem prædæ decimam, de quo pridie, n. 10. & 8. Decembr. Junonique Vejentum auxiliatrici, dixit : Juno Regina, qua nunc Vejos colis, precor, ut nos victores in nostram, tuamque mox futuram urbem sequere ; ubi te dignum amplitudine tua templum accipiat. Liv. d. sect. 60. Dirutã urbe, quod voverat, statuit ; de quo post triduum. At hac in die de Ve- jentibus triumphavit, ut astruunt Reuf- ner. in Diar. & Goltz. in Fastis, pag. 36. sicut post quinquennium iterum Dicta- tor, die 19. triumphavit de Gallis, uti n. 13. ibi dicemus. Triumphus describitur à Plutarcho, d. Porro Camillus (inquit)

Triumphus Furij Ca- millij de Ve- jentibus.

sive rei gesta magnitudine, quod urbem Romæ amulam, decimo obsidionis anno expugnasset sive ab ijs qui fortunas suas laudabant, ad in- solentiam evectus, fastumque majorem, quam qui in homine magistratum civilem ac legitimum gerente ferri posset ; cum alias superbum egit triumphum, tum currum albis quatuor equis jun- ctis tractum conscendit, atque eo per urbem in- vectus est. Nemo id Dux, neque ante neque post fecerat. Camillus fecit, maleque audivit, quip- pe tale vehiculum sacrum censetur Regi ac pa- tri Deorum. Itaque ergo in calumnijs apud ci- ves fuit, non assuetos insolentiam suorum fer- re. Disposito igitur, quod ex decima prædæ parte donarium votum reddere- tur Apollini ; cum quotidie magis im- peteretur calumnijs, ita ut accusaretur peculatus, ex eo quod portas areas Vejentum domi haberet ; voluntariè exul in Ardeam recessit : atque damnatus est absens ab ingratis Romanis. Dum Vejos expugnavit, primum flevit (subdit Plu- tarch.) & si pro tanta felicitate aliquid luendum ; optavit, quod esset incommo- do proprio. Tunc ab equo corruit, & lætus dixit : Levi casu votum ratum. At plus cognovit, quum exul exivit. Liv. sect. 67.

Pompa Ro- man. odio- sa.

Exul spon- tiè recedit.

Hh 2

Anno

Triumphus Papirij Cursoris de Samnitibus. Colt in *Fastis*, pag. 74. De illo Romà ab hostibus attrità, dicit Turfell. ann. præfat. à Q. Fab. Maximo Rulliano, inimico, in Dictatorem electum. Ita florebat virtute, & constantia disciplinæ militaris; ut interdico quavis occasione in absentia sua certamine, vel exploratâ victoriâ; interfici iuberet Magistrum equitum, qui contra fecerat, etiam victoriâ partâ, quandiu Romam progressus, in augurium felix, quoniam pullorum despexerat omen. Vide diem 2. n. 4. & 18. n. 16.) Cornel. Nepos, de *Viris illustr.* n. 31. Comis etiam fuit, nec gladio correxerat, quod formidine potuit; ut contigit, dum Preneste increpuit Pretorem, dicentis licetori: *Expedi securis: & expedisset, attonito Prætor, morte imminente; Excide, inquit, radicem istam ambulantis in commodam.* Ibid. & Plin. 17. cap. 11. Liv. 9. scēt. 53. & Lips. 2. Epist. 3. Egrotat (ait Valer. Maxim. 7. cap. 2. n. 5.) virum severum, Consularem religiosum, imperatorem strenuum; timoris modum, penæ genus, spei viam uno mentis impetu capiendo. Tertius triumphus ei contigit & gloriosior, quippe expugnata Luceria Samnitum, extitit ultor ignominie ab illis inflicta Romanis ad furcas Caudinas, de quo vide d. 27. n. 12. In hoc ergo triumpho, prius deposito pignore cum Magistro equitum C. Junio, uter prior hostium cornu impelleret, apparentibus Samnitibus aureis clypeis & argenteis; splendor acuit Romanorum fortitudinem; quæ scuta magnifica Papirij Dictatoris primum triumphum illustrant; deinde ad exornandum forum ad ducta sunt. Liv. quo dudum. & lib. 10. à scēt. 115. refert cladem Samnitum, ex quibus major exercitus pars, emissio ad aras juramento, non nisi victores è prælio redituros, convenerunt ad Aquiloniam, & inito Marte, multis millibus caesis, hostes fugerunt in Aquiloniam, quæ incendio ab exercitu victore flagravat. Idem *ibid.* scēt. 132.

23 Eodem die post ann. 56. etiam triumphus L. Cornel. Lentuli. Goltz. in *Fasti*. pag. 97. & Reusner. in *Diar.* De Liguribus habitus, *Idibus intercalariis*; quo constat, quam antiquatum Mense Februario annum intercalari. de quo inter Romanos, die 22. n. 9. Factus est Consul cum Q. Fulvio Flacco, qui ex Liguria, tumultu ibi à Gallis excitato, & vicissim, conversis in se gladiis, extincto, transierunt in Galliam Cisalpinam. In intinerie à Collega Lentuli primo malè, amissis è suis tribus millibus, & quin-

gentis, pugnatum est. Accurrit Lentulus, sed Fulvius pudore percitus prævertit auxilia, & copiis instructis, quatuordecim millia in acie caesit, duo millia in servitute reduxit; sed propter primam cladem non triumphavit. Lentulus potitus est triumphu fructu, quia hostes deleti, salvo tradito milite. Polyb. 2. At Zonaras junctis copiis, asserit, hos Consules in Gallia res gestisse feliciter; sed prædæ cupiditate distractis, cuncta malè celesse: ita quod ferè nihil abtulerit, ut castra Iulvi à Gallis caperentur. Apud Livium de his Coss. nec in Epitome verbum.

24 Inter Atticos juxta Meurf. in *Popul. sacra Praxiergida*, quam Dianam vocat Plutarch. in *Alcibiad.* qui signat, die 26. April. Ibid. *Orgia Praxiergidis* dicebantur *Adonia Athænarum*, & titulo alio, *Plynteria*; de quibus die cit. *Praxiergida Orgia* (inquit Gyrald. *Syn-tagm.* 1. n. 74.) antiqui mense Februario peragebant arcana ritu, dejecto prorsus universo templi ornatu, & simulacris oblecto. In Thargelione fiebant eodem die *Cereri Plynteria*, & *Praxiergida* denuò *Orgia*, ut ait Rhodig. 14. cap. 9. hac verò die duntaxat huic *Orgia*, quæ semper infausta, ut contigit Alcibiadi, Athenas post damnationem quasi triumpho redeunti. Cum *Adonia* in eos dies incidissent Athenis; simulacra ubique similia mortuis, qui efferuntur, incurrebant in mulierum oculos, quæ exequias planctibus representabant, & nenas caneant. Buleng. de *Prodig.* cap. 1. Post hujusmodi ritus potissimè foeminae transibant in *Orgia*, vagantes thyrsis & cicuribus serpentibus, ligatis crinibus, uti in Bacchi sacris *Orgijs* (signabimus, 6. April.) Horat. 2. *Od.* 19. à v. 1. canit:

In remotis carmina rupibus,
Nodo coërces viperino
Bisonidum sine fraude crimes.

Horat.

25 Apud Spartanos ossa Leonidæ translata Lacedæmonem, ex Thermopylis; ubi ejus monumentum, super quod erat collocata statua leonis. Ubbo Emm. in *Rep. pub. Lacon.* ex Herodoto, 7. n. 55. Fuerunt collocata juxta sepulchrum Pausaniæ, qui ejus mortem exteimio Persarum ultus acriter ad Plateas. Procul (ait de Iustania, Æmil. Prob.) ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus. Inde posterius Dei Delphici responso erutus, in eo loco sepelitus, ubi vitam finierat. Juxta hoc cervice monumentum ossa Leonidæ sita: quæ quidem digna honorabili sepulchro, eque morti se obtulit, ut à Xerxis copiis liberaret patriam. Ab initio mortis belli Spartiatis à Pythia redditum erat Ora-

Ossa Leonide translata.
Insigne ejus monumenta.

culum; fore, ut aut Sparta everteretur, aut Rex ejus occumberet. Siccine metrum:
Pyth. Aut urbs clara dabit, Persa victore, ruinam; Aut, si non erit, orinidus ab Hercule quidam Flebitur extinctus Rex Lacedæmonis ora.
Totum describit Paulanias. Prope, theatrum (refert, cap. 95.) è candido lapide erectum, insigni valde & spectando opere. Ex adverso theatri est Pausania, qui Platensis prælio Imperator fuit, sepulchrum; & ei proximum Leonidæ. Ad ea quotannis in ipsorum laudes orationes habentur, & Ludi fiunt, in quibus est solùm certandi locus Lacedæmonijs. Leonidæ quidem ossa quadraginta post ejus cladem annis, è Thermopylis deportata, eo in loco condita sunt: erecta etiam pila est, in qua nomina insisa sunt & paterna. Item nomina eorum, qui ad Thermopylas Persarum impetum sustinuerunt. Non hic Leonidas, Cleonymi filius, tyrannus, de quo Plutarch. in *Agides*; sed filius Anaxandridæ Regis Spartæ, cujus in Græciam tot merita; uti obiervat Pausan. cap. 84. & 279. Ceterum ejus & virtutem dicemus, 14. Jul. De illo mortuo & Xerxe acciunt Philipp. in *Elo-rileg.* Anthol. 1. cap. 5. *Epigram.* 19.
Magnum Leonidæ cum inspexit corpus
Xerxes, tegebat illud pallio purpureo.
Inter mortuos sonitum edidit Spartæ magnus heros:
Non accipio proditoribus debitum premium:
Clypeus mihi sepulchri ornamentum.

Philipp. Inter mortuos sonitum edidit Spartæ magnus heros: Non accipio proditoribus debitum premium: Clypeus mihi sepulchri ornamentum.

DIES XIV. FEBRUAR.

XVI. K. I. Grad. 24. Solis in Aquario, qui putealis. Dario. In illo qui nati, maximè radiante Venere, corpore pulchri & amabiles, felices, & à Regibus honorandi, sed vitæ brevissimæ. Firmic. Vultur cadens vesperè occidit. Junctin. Kal. Astrolog. Corvus Crater & Anguis oriuntur. Ovid. v. 243. Continuatâ loco tria sidera Corvus & Anguis, Ovid. Et medius Crater inter utrumque jacet. Idibus illa latent: oriuntur nocte sequenti. Hisce de constellationibus agam, Isag. Jul. à n. 20. & Septembr. à n. 5. Idem de Cratere affirmant Columel. & Ptolom. quo tempore commutatis ventis superat Auster. Influxus hujus Asterismi describuntur à Manil. lib. 5. à v. 237.
Irriguos raris campos annisque lacusque,
Et te Bacche tuos nubentem jungit ad ulmos.
Disponetque jugis imitatus fronde choreas:
Adjungit calamis, septemque interferit vis.
Joan. Jovian. Pontan. 3. Uran. idem à Manilio sumpfit: unde canit:

Hinc Baccho lati colles flexaque ulmis
Pendula textilibus neclunt umbracula vites. Pontan.
Hæc Crater, quibus affuerit, nascentibus affert.
Vir plorans manu se tergens. Sphær. Arab.
2 Cum die septimo retrò lucem publicam vidisset infans ex Jochabed, die octavo circumciditur, & vocatur Joachim, à parentibus; sed in cælo, Melchi, id est, Rex. Philo 1. de *Vir. Moyf.* & Gention. in *Stromat.* Clement. Alexandr. Anno à Moysis natiuitate 421. & 5. Præfecturæ Samionis juxta Tursel. & Briet. Philisthai, deipondentes Samionem capi posse, eito summe in illum irati, suis in Satrapijs quiescebant. Ille descendit in Gazam, Philisthinorum Metropolitim, & divertit ad meretricis domum. Rab. Abraham in *Cabal. histor.* ex *Judic.* 16. à 1. Cum precebuisset apud hostes, sanguinis ejus avidos, festiva fama, urbem scilicet, ita fortem, mœnibus validis, intrasse vindicem Israël, ac flagellum Philisthinum; circumdederunt eum in domo, qua erat, & posuerunt custodes vigiles, instructos armis in porta civitatis, ut manè exeuntem occiderent. Portis omnibus diligenter obseratis, ad vincula & necem destinatur ab hostibus, concubiâ nocte, vi fores urbis è cardinibus evulsit, ac repagula ferrea simul & vectes confregit, sicutque impositas humeris per tres leucas cum postibus detulit in cacumen montis, cui adjacet Hebron (Vide *Adri-chom.* in *Simeon*, n. 46. & 67. & *Joseph.* 5. *Antiq.* cap. 10.) quin ullus ex tot præsentibus resistere auderet, nec vocem emittere; timens ne ipsi foribus allideretur. Aufos in exeuntem affirmat Philo Biblius, maximè cum fractis portarum clauftris exire viderent: sed ille pulices appellans, unam (ait) earum tenebat in dextra pro scuto, alteram posuit super scapulas suas: & quoniam non habebat gladium, persequebatur in ea Allophilos, & interfecit in ea viginti quinque millia virorum & levavit omnia que erant porta, & posuit ea in monte. A Domino Angeli ministerio expergefactum, cogitat Serar. hic, quest. 3. Quia gigas erat (quasi in mole corporis & non in capillis robor inesset) placet Rabbini, potissimè Talmudicis in *Sut. ab*, cap. 1. supportasse ostia Gazæ. Dicemus, 25. *Mar.* n. 9.
3 Illic ac audacissimè & impudenter tenorem legis rasit Manasses (ut relatum 25. *Januar.* num. 4.) è tabulis lapideis, immisit Dominus, quamvis iratus prophetas, ut eum ab infania revocarent in frugem, nunas addens, ut saltem terrore recederet, ne post caderet ex quo non posset, quamvis vellet sur-

Samson fregit ac sustulit portas Gazæ.

Tertia illius de Allophilis victoria.